



Policratici Contenta

Johannes <von Salisbury, Bischof>

Parrhisius, 1513

Ca. xii. Qui sunt inca[n]tatores: arioli: aruspices/ phitii: vultiuoli imaginarii:
coniectores: chiromantici: specularii: mathematici: saliatores: sortilegi/ &
augures.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)

ca subiiciam.

Qui sunt incatatores: arioli: aruspices: phitii: vultiuoli: imaginarii: coniectores: chiromantici: specularii: mathematici: falliatores: sortilegi: & augures.

Capitulū. XII.



Qncatatores quidem sunt q̄ artem verbis exercēt. Arioli qui circa aras nepharias preces aut execrata sacrificia faciunt: in quorum ceruicibus est manus domini dicente propheta. Ariolos & magos non patieris uiuere. **A**ruspices sunt inspectores horarum: prescribentes quid qua hora fieri expediat / quorum errorem damnat apostolus dicens. Timeo ne frustra laborauerim in vobis: obseruatis enim dies & annos: mēses & tempora / cum felicitas operis nō a tempore sed a nomine dei uiui debeat expectari. Aruspiciū quoq; in extorum inspectione viget / quam artem tages quidā dicitur inuenisse. Vnde lucanus. Fibris sit nulla fides / sed conditor artis finxerit ista tages. Extorum vero nomine censentur omnia: que cutis extremitate teguntur. Ex quo liquet eos esse aruspices qui vaticinantur in ossibus animalium / siue sanguine / siue futura prenunciant: siue presentia pronunciant vel preterita. **V**aticiniū siquidem est quo cū intelligentia veri abscondita profertur. Cum & prophetiam non modo de futuris constet esse: sed de presentibus futuris & preteritis. Si vero adhibeatur sanguis: ad nigromantiam iam accedit: que inde dicitur q̄ tota in mortuorum inquisitione versatur. Cuius vis ea esse videt: vt ad interpretationem veri / mortuos valeat suscitare. Ea namq; ludificantium demonū & humane perfidie illudentium fallacia est. **P**hitii sunt quos spiritus phitonicus replet: & frequentius in virginibus exercetur vt magis ludificet: ac si immundo spiritui placeat integritas mentis aut corporis. **V**ultiuoli sunt qui ad affectus hominū immutādos: in molliori materia cera vel forte limo / eorum quos pervertere nituntur / effigies exprimunt / anius illusionis in farmacentria virgilius meminit. Limus vt hic durefcit: & hec vt cera liquescit: vno eodēq; igni sic nostro daphius amore. Naso quoq; in libro heroidum. Deuouet absentes: simulacraq; cerea fingit. Et miserū tenues in iecur vrget acus. Horum vero malicia etiam cum plurimum nocent artificio leui dissoluitur: si videlicet qui suspecti sunt cōuenti ab aliquo crimen suum inficiuntur: aut si confessi fuerint cogantur maleficium reuocare. **I**maginarii sunt qui ima-

Incātatores.

Exodi. xxij.

Aruspices.

Gal. iij.

Tages inuentor aruspicij.

Vaticiniū.

Nigromātia vnde dicat.

Phitij.

Vultiuoli.

Imaginarij.

b iij

Polícratici de Curialiū nugis.

gines quas faciunt quasi in possessionem presidentium spirituum mittunt ut ab eis de rebus dubiis doceantur. Hos ydolatrias esse sacra scriptura conuincit & diuine maiestatis iudicio condemnandos. ¶ Coniectores sunt qui artificio quodam sibi vendicant somniorum interpretationem. ¶ Chyromantici sunt qui a manuum inspectione / rerum vaticinantur abscondita. ¶ Specularis. ¶ Specularios vocant qui in corporibus leuigatis & terfis: ut sunt lucidiores pelues cyathi speculorumque diuersa genera diuinantes curiosis consultationibus satisfaciunt: quam & ioseph exercuisse aut potius simulasse describitur cum fratres argueret surripuisse cyphum in quo consueuerat augurari. ¶ Mathematici sunt licet appellatio generaliter omnia complectatur qui a positione stellarum / situque firmamenti / & planetarum motu / que sint ventura conuincunt: ut est illud. Nostra vel equali suspendit tempora libra. Parca tenax veri seu nata fidelibus hora Diuidit ingeminos concordia fata duorum. Nescio quod certe est quod te mihi temperat astrum. Ac si stellarum choreas applicationesque vnius ad alteram constet rebus que ex arbitrii libertate proueniunt quandam necessitatis prestare originem: quorum & genelliaci qui geneses / id est natalicias horas attendunt imitatur errorem. Vnde fatiricus. Nota mathematicis geneses tua. Idem vero horoscopi nominantur. Vnde rursus. Geminos horoscope vano producis genio. Viguit autem ista sciencia & forte eam aliquatenus licuit exerceri donec deum natum nunciauit stella de celo: magosque non reprobos primitias fidei ad eum adorandum nouo & inaudito ducatu perduxit. Exinde vero penitus interdicta est. ¶ Saliatores qui ex saltu membrorum aut inopinato corporis motu prosperum aliquid futurum autumant vel aduersum. ¶ Sortilegi sunt qui sub nomine fictae religionis superstitiosa quadam obseruatione rerum pollicentur euentus: Quod genus sortes apostolorum prophetarum: & diuidentium: & inspectio tabule que pitagorica appellatur. Obseruatio quoque cuiusque casus in rei de qua queritur significatione. ¶ Augurium vero quod fit in animi obseruatione phruges inuenisse traduntur quod in voce proditur aut volatur. Est autem secundum traditionem eorum volatus tam alarum quam pedum. Vola siquidem est interior pars palme vel pedis. Vnde apud maronem. vi. Volantes pro gradientibus columbe describuntur. Hoc etenim ad hominibus pertinet felicitatem: si columbe gradientes dum tamen in

i. ad Corin. x.

Coniectores.

Chyromantici.

Specularis.

Ioseph exercuit artem speculariam.

Benefis. xliiij Mathematici

¶ Persi? in. v. satyra.

Genelliaci.

Iuuenalis. horoscopi.

Magi.

Marth. ij. Saliatores.

Sortilegi.

Augurium.

¶ Phruges augurium inueniuntur

¶ Vola.

passu itinerantes precedant.

¶ De variis ominibus. Capitulum XIII.

IN expeditionem missus consul romanorum dū nullius boni ominis sortiretur auspiciū columbas ieiunio cōfectas granis sparsis triticeis in via qua iturus erat preferri iussit: vt vel earum omine auspicii duriciam lubleuaret. Que cum diligentius obseruare a cibis abstinerent: eas precipitari iussit in flumen saltē vt biberent: submersęq; vi fluminis docuerunt consulem cum toto suo exercitu submergendum. Hic etenim est secutus euentus. ¶ Apes platonis infantuli mel labiis inferebant singularem dulcedinem eloquentie eius futuram presignantes. Hiero summus postea sicilie magistratus quod virtute promeruit / a patre nobilissimo viro expositus est: eo q̄ ex ancilla susceptus: dehonestamentū generis videbatur: & quasi probrosa dari sanguinis macula. Sed paruulum & indigentem opis humane: apes circa eū melle congesto: plurimis aluere diebus / & sic consilio a iurispiciū ei regnum portendi canentium: a patre agnitus: recollectus: & diligenter institutus est. Paruuli inde amabilis formice granitritici congregabant: signantes eum futurum ditissimum: vnde & res aureas ipsius attractu fieri poete finxerunt. Sulpicio sacerdoti lapsus apex de capite sacerdotium abstulit. Occentus foris eis auditus martyr cofabio prefecturā. Si nugis hiberis per omnia credis. Si vestem in operis tui initio a foricibus corrosam senseris: tempera ab inceptis. Si egrediens calcaueris limen: aut in via offenderis pedem contine: si in procinctu agendorum aliquid damni pertuleris: differes inchoata: ne vel tota intentione frustreris / aut inutiliter impleatur / expecta dum omine meliori faustam agendis horam arripias. Omnia namq; sunt aliquid. Cum processeris: abscondita futurorum / aures quas omniales vocant tibi pronūciabūt. Que nam sunt iste forte interrogas quas scilicet de natura hominum in formam auium poete asserunt esse conuersas. Quid cornix loquatur / diligenter ausculta: sitūq; ei⁹ sedētis aut volātis nullo modo contempnas. Refert etenim plurimum a dextris sit / an a sinistris qua positione respiciat cubitum gradiētis: loquax sit an clamosa: an filens omnino: precedat an sequatur: transeuntis expectet aduentum an

Hiero sacerdos sicilie.

De omine fornicarum.

Omina mala in operis primordio.

De presagio cornicis.